Quelle: https://manuscripta.at/?ID=672
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ꝓ hac

illo ē: d i d ē homo q
dam erat dives: induebat
purpura et bisso: et epulabat
cotidie splendide. Erat
autem quidam mendicus nomine laza
rus: qui iacebat ad ianuam
eius ulceribus plenus: cupiens sa
turari de mitis que cadebant
de mensa divitis: et nemo il
li dabat. Sed et canes uenie
bant: et lingebant ulcera eius.
Factum est autem ut moreretur men
dicus: et portaretur a angelis
in sinum abrae. Mortuus est
autem et divites: et sepultus ē in
inferno. Elevans autem o
culos suos cum esset in tormentis:
uidit abraham a longe: et
lazarum in sinu eius. Et ipse cla
mans ait. Pater abraham
miserere mihi: et mitte lazarum
ut intingat extremum digiti
sui in aquam: ut refrigeret
linguam meam: quia crucior in
hac flamma. Et dixit illi abra
ham. fili: recordare quia recepisti
bona in uita tua: et lazarus similiter mala. Nunc autem
hic consolatur: tu uero cruciaris.
Et hinc omnibus inter nos et uos

chaos magnum firmatum est: et
ut qui uolunt hinc transire
ad nos non possint: neque inde
huc transmeare. Et ait. Rogo ergo te pater ut mittas eum in domum
patris mei. habeo enim quinque
fratres: ut testetur illis. ne et ipsi
veniant in hunc locum tormentorum.
Et ait illi abraham. Habent
moysen et prophetas: audiant
illos. At ille dixit. Non pater
abraham: sed si quis ex mortu
is ierit ad eos penitentiam agent.
Ait autem ei. Si moysen et prophetas non audiunt: neque si quis
ex mortuis resurrexerit credent.
Nuchis Quia bin ggi ꝓpe
sacri eloquii fides k-m. prius
seminandi est uitas hystorie: et
postmodum referenda spiritus in
telligentia allegorie. Tunc namque
allegorie fructus suauius carpitur: cum prius physionomie uir
tutis radice solidatur. Sed quia
in nullum allegoria fieri editi
cat hystoria mor-alitatem
nos qui auctore deo in fidei
ueritatem in ay re arduum
si ipsum loquendi ordinem post
ponamus: quem quidem in